



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 95. Tres Equites a Papa nominati, ut ex iis unus eligeretur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

rem enarrat, quod accusator, accusa-  
tus, judices, & testes ante hujus cau-  
fæ sententiam obierint, nullaque hujus  
judicij acta amplius exstent; teste enim  
hoc Scriptore Romegasius Romam de-  
latus animi moerore contabuit, supre-  
mus vero Magister sex septimanis, pau-  
cisque diebus eidem vita superstes fuit,  
testes vero Romam profecti unacum  
omnibus inchoatæ hujus caussæ actis  
naufragio periere, luculento indictio,  
quod ipsemet Deus hujus litis decisio-  
nem ad suum tribunal evocare voluerit:  
attamen econtra Paulus Foxius Tolosanus Archiepiscopus, ac Romæ Gal-  
liarum Regis Orator testatur, quod  
summus Pontifex, postquam Viceco-  
mes hæc acta ad eundem detulerat, ea  
quatuor Cardinalibus, & Patriarchæ  
Ierosolymitano examinanda tradiderit,  
atque hi supremum Magistrum prorsus  
innocentem esse declararint, adeo, ut  
propterea a summo Pontifice eorum ju-  
dicium Mense Septembri confirmatum  
fuerit, edito diplomate, quo hujus ne-  
gotii cognitio circa supremum Meliten-  
sis Ordinis Magistrum soli summo Pon-  
tifici, exclusis Equitibus, reservaretur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1581.

§. XCV.

*Tres Equites a Papa nominati ad Ma-  
gisterium eligendi.*

Uu 3

Pofk

Sæcul. XVI  
A.C. 1581.

Post supremi Magistri obitum Ordinis  
Equites verebantur, ne summus  
Pontifex utpote supremus hujus Reli-  
gionis Superior Successorem nominare  
vellet, hinc celebrem Legationem anno  
sequenti ad Gregorium XIII. decerne-  
bant, supplices, ne Ordinem electio-  
nis jure privare vellet: equidem Papa  
nullum certum responsum Legatis da-  
bat, eos tamen dimittens pollicitus est,  
quod brevi sinceri sui affectus specimina  
deprehensuri essent: nec promissis fides  
defuit; quippe die duodecima Januarii  
convocato cœtu Vicecomes Nuntius  
Apostolicus diploma exhibuit, vi cuius  
Papa tres nominabat Equites, data ple-  
na libertate unum, quemcunque vel-  
lent, ex his eligendi: porro hi tres  
erant sequentes, primo Hugo Lupus  
Verdala Vasconicæ nationis Eques, su-  
premus Commendator, alter Panissus  
supremus Santægidii Vicarius, ac ter-  
tius Chabrillantius summus Manuascæ  
Prætor, ex quibus Verdalla summo  
Pontifici percarus magno omnium con-  
fensi in Ordinis Magistrum eligebatur,  
qui sexto post anno a Sixto V. in Car-  
dinalium Collegium cooptatus cum  
summa prudentia, ac moderatione  
Ordini præfuit.

INDEX